potius q̃ conuertiſſe teſtetur euſebius pamphili nimirum ſi ma le aliquando de hiis ſenſerit:q̃ uero hic plotinus uel platonicus alter:ita contra præcepta aſtronomiæ ãtiqua inſudet redargu endo non miror. Græci enim omnes ferre id ſunt ſemper enixi: ut alter alterum ſtudio ſe redarguat:etiã ſi adducãt in medium leuia:non curat: quandoquidem terſa: & polita oratione utitur: in qua credit facile omnes alios poſſe ſuperare: ſed audiamus ipſos ſudore pectoris frigido anhelantes: contra aſtrologorum inſtituta repetẽdo eadem:ut ipſi dicunt:rhetorice non dialectice admittent forſan aſtrologi planetas uiuere admittent inq̃: ſed non eo modo quo platonici: tamen nec malos eſſe natura: ne que aliquem gradum celi malum ex propria natura fatebuntur aſtronomi: ut ſepe reſponſum eſt: ideo ceſſat prima cauſa in probans quod aſtrologi dicunt de planetis malis: uel ſtellis re dit inſuper & ſecunda:cum ipſe non ſatis intellexerit naturas ſignorum:& planetarum:& quare in una figura unus gaudeat: alter non:& mala ſint loca:& figuræ appropriatæ: non ex natu ra propria:ideo querit in tertia cauſa: quo pacto poſſi planeta hic uel ille euadere diuerſus indiuerſis gradibus: cumq; longiſ ſimæ diſtet a gradibus poſſit illinc infici: cum etiam cœlum hic corpus optimum diuinitati proximũ & ex quarta cauſa ſit uni forme.ho:ho credidit bonus hic uir aſtrologos dicere planetas debere inficí:ut hec inferiora non aduertens inſuper celum i par tibus ſuis diuerſiſſimum forte non reſpexerat celum debilitate organi:contemplctur celum:& uideat:ſi poteſt duas ſtellas om nino ſimiles:quas ipſe etiam ſupra dixit diſſimiles:ultimo dicit abſurdum eſt quod dicunt de angulis:quid eſt ergo q̃ plotinus dixit diuerſa in diuerſis regionibus fiunt eodem tempore:& ua rietas locorum & figurarum ſuperiorum corporum cauſa eſt uarietatis horum inferiorum:profecto abſurdum nimis eſt: & puerile multum nugari:& contradictoria in eodem libro pone re:& ignorata deridere:& eo magis libros nugis multiplicare: pterq; malis hereſibus iplere:inſup oſtẽdẽtes ſe uidiſſe aſtrolo gie p̃cepta corũq; auctores:dicũt fingũt aſtrologi ãgulos ſucce dẽtes & cadẽtes domos uel ptes celi:& horrent martẽ ẽt ſatur nũ in angulis:& eũ duodecima collocant:martem in ſexta.quo fit ut ſibimet contradicant:quia ſic eſſent contrarii in oppoſi